



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

Missa in agenda p[ro] mortuis. Introit[us].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

in corpore patitur membroz
debilitatem: vim laboris sti-
mulos infirmitatum: da ei do-
mine gratiam z misericordia
tuam: vt in hora exitus illius
de corpore absq; peccati ma-
cula creatori proprio: per ma-
nus sanctorum angelozū ei?
anima representari mereat. p.

Adesto domine **Secre.**
supplicationibus no-
stris: z suscipe hostiam quaz
tibi offerimus p famulo tuo
iacente in grabbato: salutem
non solum corporis. s; z ani-
me sue petenti: presta ei om-
nipotens deus indulgentiaz
omnium iniquitatum suarū:
per imensam clementiā tuā:
z per intercessionem omniū
sanctorum tuozū: vt per hoc
quod sustinet flagellum a sā-
ctis angelis tuis suscipiatur:
z peruenire mereatur ad glo-
rie tue regnum. p. **Postcom.**

Gratias agimus tibi do-
mine de multiplicibus
largitatibus tuis: ex quibus
animas in te sperantium sa-
nare consueuisti: z confisi de
tua pietate precamur: vt mise-
reri digneris famulo tuo: ne
preualeat aduersus eum ad-
uersarius in hora exitus illi?
de corpore: sed transitum ha-
bere mereatur ad vitam per-

petuam. **Per dominū. Missa**
sa magenda p mortuis. In.

Requiem eter. **troff.**
nam dona eis domi-
ne z lux perpetua lu-
ceat eis. **ps** Te decet
hymnus de? in syon: z tibi red-
detur votum in hierusalem: ex-
audi orationem meam: ad te om-
nis caro veniet. **G**loria patri-
non dicitur: sed finito absol-
te reperitur. **Requies. In die**
depositionis defuncti. Oros.

Oeus cui proprium est
misereri semp et parces-
re: te supplices exoramus p
anima famuli tui. **M.** quā ho-
die de hoc seculo migrare ius-
sisti: vt non tradas eaz in ma-
nibus inimici: neq; oblitisca-
ris in finem: sed iubeas eam a
sanctis angelis suscipi: z ad
patriam paradisi per duci: vt
q; i te sperauit z credidit: nō
penas eternas sustineat: sed
gaudia sempiterna posside-
at. **Per. Epistola ad Corin.**
Ratres: Ecce. **cap. xv**
mysterium vobis dico.
Omnes quidem resurgem?
sed non omnes imutabimur.
In momento: in ictu oculi: in
nouissima tuba. **L**anet enim
tuba z mortui resurgent in-
corrupti: z nos imutabimur.
Oportet enim corruptibile

hoc induere in corruptione:
 z mortale hoc induere imor-
 talitatem. Cum autem morta-
 le hoc induerit mortalitatem
 tunc fiet sermo qui scriptus
 est: Absorpta est mors in victo-
 ria. Ubi est mors victoria tua?
 ubi est mors stimulus tuus?
 Stimulus autem mortis pec-
 catum est. Virtus vero pecca-
 ti lex. Deo autem gratias qui
 dedit nobis victoriam. Per
 iesum christum dominum no-
 strum. *Epistola ad thessalor.*
R *Ra nicenses. j. cap. iij.*
 tres: Nolumus vos ig-
 nare de dormientibus: vt non
 contristemini: sicut z ceteri:
 qui spem non habent. Si em
 credimus qd iesus mortuus
 est: z resurrexit: ita z deus eos
 qui dormierunt per iesu ad-
 ducet cum eo. Hoc enim vo-
 bis dicimus in verbo domi-
 ni: quia nos qui viuimus qui
 residui sumus in aduentu do-
 mini non preueniemus eos
 qui dormierunt. Quoniam
 ipse dominus in iussu: z in vo-
 ce archangeli: z in tuba dei
 descendet de celo: z mortui q
 in christo sunt resurgent pri-
 mi. Deinde nos qui viuimus
 qui relinquimur simul rapie-
 mur cum illis in nubibus ob-

uiam christo in aera: z sic se-
 per cum domino erimus. Ita
 qz consolamini inuicem in ver-
 bis istis. *Lectio libri macha-*

I *deorum secundi cap. xij.*
 In diebus illis: Cir for-
 tissimus iudas collatione fa-
 cta: duodecim milia dragmas
 argenti misit hierosolymam
 offerri eas ibi p peccat mo-
 tuorum: iuste z religiose de re-
 surrectione cogitans. Nisi
 enim eos qui crediderant re-
 surrecturos speraret: super-
 fluum videretur z vanus ora-
 re pro mortuis. Sed qz con-
 siderabat: qd hi qui cum pie-
 tate dormitionem acceperat:
 optimam haberent reposi-
 tam gratiam. Sancta ergo
 z salubris est cogitatio pro de-
 functis exorare: vt a peccatis
 soluantur. *Ecce libri apocaly-
 psis beati iohannis ap. iij. c.*

I *In diebus illis.* Audiu-
 i vocem de celo dicentem mi-
 hi: Scribe. Beati mortui qui
 in domino moriuntur. Amo-
 do iam dicit spūs: vt requie-
 scāt a laboribus suis. Opera
 enim illorum sequitur illos.
Oratio. Requiem eternam dona
 eis domine: z lux perpetua luce-
 at eis. In memoria eterna erit
 iustus: ab auditione mala nō ti-

mebit. **Tractus** Absolue domi-
ne animas omnium fidelium de-
functorum ab omni vinculo deli-
ctorum. **V.** Et gratia tua illis suc-
curre: merentur euadere in-
dicium ultionis. **V.** Et lucis eter-
ne beatitudine pfrui. **Sequētia**
O Jesu ire dies illa: Soluet
seclū in favilla: Teste da-
uid cum sibilla. **Q**uāntus tre-
mor: est futurus: Quando iudex
est venturus: Euncta stricte di-
scussurus. **T**uba mirum par-
get sonum: Per sepulchra re-
gionū: Coget omnes ante thro-
num. **M**ors stupebit & natura:
Cū resurget creatura: Judicanti
responsura. **L**iber scriptus p-
feretur: In quo totum contine-
tur: Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cū censebit: Quic-
quid latet apparebit: Nil inul-
tum remanebit. **Q**uid sum mi-
ser tunc diciturus: Quem patro-
num rogaturus: Dū vix iustus
sit securus. **R**ex tremende ma-
iestatis: Qui salvandos salvas
gratis: Salva me fons pietatis.
Recordare iesu pie: Quod sus-
causa tue vie: Ne me perdas illa
die. **Q**uerens me sedisti lassus
Redemisti crucem passus: Tan-
tus labor: nō sit cassus. **I**udex
iuste ultionis: Bonū fac remissi-
onis: Antē diem rationis. **T**n-
gemisco tanq̄ reus: Culpa ru-

bet vultus meus: Supplicanti
parce deo. **Q**ui mariam absol-
uisti: Et latronem exaudisti: **A**si-
hi quoq; spem dedisti. **P**reces
mee non sunt dignę: Sed tu bonę
ne fac benigne: Ne per hęc cre-
mar igne. **I**nter oves locū pre-
sta: Et ad hęc me sequestra:
Statuens in parte dextra. **Q**uod
furatis maledictis: Flāmis acri-
bus addictis: Uoca me cum be-
nedictis. **O**ro supplex et accli-
uis: Cor contritum quasi cinis.
Bere curam mei finis. **T**achry-
mosa dies illa: Qua resurget ex
favilla: Judicandus homo reo.
Nunc ergo parce deus: Pie iesu
sodomine: Dona eis requiem.
Amen. **Scdm̄ iohānez. xj. cap.**
In illo tēpe: Dixit mar-
tha ad iesuz: Domine si
fuiſſes hic: frater meus nō fu-
iſſet mortuus. Sed & nūc ſcio
Quia quecūq; popoſceris a
deo: dabit tibi deus. Dicit ei
iesus. Resurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio: q̄ re-
surget in resurrectione in no-
uissimo die. Dicit ei Iesus.
Ego sum resurrectio & vita.
Qui credit in me: etiā si mor-
tuis fuerit uiuet. Et omnis q̄
uiuit & credit in me: non mori-
etur in eternuz. Credis hoc?
Ait illi. Utiq; domine: Ego
credidi: quia tu es christus fi-

lius dei vult: qui in hac mundum venisti. **Scdm iohan-**

nem. sexto capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non rejiciam foras. Quia descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Nec est autem voluntas eius qui misit me patris: ut omne quod dedit mihi: non perdam ex eo: sed resuscitem illum in novissimo die. Nec est autem voluntas patris mei qui misit me ut omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. **Scdm iohannem quinto capitulo.**

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei: et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt: audient vocem filii dei.

Et procedent qui bona fecerunt in resurrectione vite. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. **Scdm iohannem. vi. cap.**

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Ego sum panis vivus: qui de celo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei ad invicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis iesus Amen amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem filii hominis: et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

Officium. Domine iesu christe rex glorie: libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni: et de profundo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus: ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promissisti: et semini eius. **V.** Hostias et preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus

illis: quarū hodie memoriā faci-
mus: fac eas dñe de morte transi-
re ad vitā. Quā olim. **Secreta**

Proptare quesum⁹ do-
mine anime famuli tui.
¶. pro qua tibi hostiam lau-
dis imolamus: maiestātē tuā
suppliciter dep̄cantes: vt per
hec pie placatiōis officia per-
uenire mereatur ad requiem
sempiternā. **Ver.** **Lōio.** Lux
eterna luceat eis domine. Lum
sanctis tuis in eternum: qz quis
es. **¶.** Requiem eternam dona
eis dñe: z lux p̄petua luceat eis.
Lum sanctis tuis. **Postcōio.**

Presta quesumus omni-
potens deus: vt anima
famuli tui. ¶. que hodie de
hoc seclō migravit: his sacri-
ficijs purgata: z a peccatis ex-
pedita: indulgentiam pariter
z vitam capiat sempiternam.

Ver do **Missa in die tertio
septimo vel trigesimo deposti-
tionis defuncti. Oratio.**

Quesumus domine: vt
anime famuli tui: cui⁹
depositionis diem tertium se-
ptimum vel trigesimū cōme-
moramus: sanctorū atqz ele-
ctorū tuorum largiri digneris
confortium: z rore misericor-
die tue phēnē infūdas. **Ver.**

Minera que **Secreta**
sumus domine: que ti-

bi pro anima famuli tui offe-
rimus placatus intēde: vt re-
medijs purgata celestibus: in
tua pietate requiescat. **Ver.**

Suscipe dñe **Postcōio.**
Preces nostras pro ani-
ma famuli tui: vt si que ei ma-
cule de terrenis contagijs ad-
heserunt: remissionis tue mi-
sericordia deleantur. **Ver d.**

A **Missa vt supra. Oratio.**
Vesto quesumus do-
mine anime famuli tui cui in
die depositionis sue tertio se-
ptimo vel trigesimo officium
cōmemoratiōis impendimus
vt si qua ei secularis macula
inhesit: aut vitium mundiale
infecit: dono tue pietatis in-
dulgeas z abstergas. **Ver d.**

A Vesto dñe **Secreta.**
Supplicatiōib⁹ nostris
z hanc oblatiōem: quam tibi
offerimus ob diem depositio-
nis tertium septimum vel tri-
gesimum pro anima famuli
tui. ¶. placidus ac benignus

O assume **Ver.** **Postcō.**
Omnipotēs sempiternae
de⁹: collocare dignare sp̄m et
animā famuli tui. ¶. cui⁹ diē
tertiū septimū vel trigesimū
depositionis cōmemoramus
in finib⁹ abrae ysaac z iacob:
vt cum dies agnitiōis tue ad-
uenerit: inter s̄ctos z electos

tuos eū resuscitari precipias.

Per do. Missa pro defuncto

Ano, episcopo. Dio.

Dhis domine: vt animaz famuli tui episcopi: quam de seculi eduxisti laborioso certamie: sanctorū tuorū cetui tribuas esse consortem. **Per do.**

AlInue nobis Secreta

Adomie: vt anime famuli tui episcopi hec profit oblatio: quā imolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. p.

Is sacrificijs Postcō.

Hquesumus omnipotēs deus: vt purgata anima et spiritus famuli tui episcopi ad indulgentiam et refrigeriū sempiternum peruenire mereat.

Per do. Missa pro defunctis episcopis seu sacerdotibus

Oeus qui inter **Oratio.**

Dapostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificiali seu sacerdotali fecisti dignitate vigerere: presta quesumus: vt eorum quoq; perpetuo aggregetur cōsortio. **Per d. Secreta.**

Suscipe domine quesumus pro animabus famulorum tuorum pontificū seu sacerdotum: quas offerimus hostias: vt quibus in hoc seculo pōtificale seu sacerdotale donasti meritū: in celesti regno sanctorū tuorū iubeas coniūgi

consortio. **Per dñm. Postcō.**

Profit quesumus domine animabus famulorum tuorum pontificum seu sacerdotum misericordie tue implorata clemētia: vt eius in quō sperauerūt et crediderūt: eternum capiant te miserante cōsortium. **Per do. Missa pro sacerdotibus defunctis. Dio**

Presta quesumus domine: vt anime famulorum tuorum sacerdotum: quos in hoc seculo cōmorātes: sacris muneribus decorasti: in celesti sede gloriosa semper exultent. **Per dñz. Secreta.**

Suscipe quesumus dñe pro animabus famulorum tuorum sacerdotum: quas offerimus hostias: vt quibus sacerdotale donasti meritum: dones et premium. **Per dñz. Postcō.**

Presta quesumus omnipotens deus: vt animas famulorum tuorum sacerdotum: in congregatione iustorum eterne beatitudinis iubeas esse cōsortes. **Per. Missa pro vno defuncto. Dio.**

Incilina domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animaz famuli tui: quā de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis re-

gione constituas: et sanctorum tuorum iubeas esse consortem.

Ader do. no. **Secreta.**
Amnue nobis quesumus domine: ut anime famuli tui hec pro sit oblatio: quam imolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. per. **Postco.**

Absolve quesumus domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. **Der dnz.**

Missa p vna defuncta. Oio.

Quesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue: et a contagijs mortalitatis exutam: in eterne salvationis partem restitue. **D.**

His sacrificijs **Secreta.**
Homine quesumus anima famule tue a peccatis omnibus exuatur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: ut per hec pie placationis officia: perpetuam misericordiam consequatur. **Der do. Postcom.**

Inveniat quesumus domine anima famule tue lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordie consecuta est sacramentum. **Der d.**

Missa pro defuncti fratribus

et benefactoribus. Oio.
Oeus venie largitor: et

humane salutis amator: quesumus clementiam tuam: ut nostre congregationis fratres propinquos et benefactores nostros: qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium pervenire concedas. **Der. Secreta.**

Oeus cuius misericordie non est numerus: suscipe propiti preces humilitatis nostre: et animabus fratrum propinquorum et benefactorum nostrorum: quibus tui nominis dedisti confessionem: per hec sacramenta salutis nostre cunctorum remissionem tribue peccatorum. **Der do. Postco.**

Propterea quesumus omnipotens et misericors deus: ut anime fratrum propinquorum et benefactorum nostrorum: pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulimus in die statim: per huius virtutem sacramenti: a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserate recipiant beatitudinem. **Der. Missa**

in his qui in cimiterio requiescunt. Oratio.
Oferatione anime fidelium qui requiescunt: famulis et famulibus tuis omnibus hic et ubique in christo quiescentibus: da

propitius veniā peccatoꝝ vt
a cunctis reatibus absoluti:
tecū sine fine letentur. *Per.*

Pro aiabus *Secreta.*
famuloꝝ famularūq;
tuarū: z omniū catholicōꝝ
hic z vbiq; in christo dormi/
entium: hostiā domine susci/
pe benignus oblatam: vt hoc
sacrificio singulari: vinculis
horrende mortis exute: vitā
mereantur eternā. *Per do.*

Deus fidelium *Posteōio*
lumē animarū: adesto
supplicatiōibus nostris: z da
famulis z famulab⁹ tuis: quo
rū corpora hic z vbiq; in xpo
requiescunt refrigerij sedem
quietis beatitudinē: luminis
claritatem. *Per do. Missa in*

Anniversario. Oratio.

Deus indulgentiā do/
mine: da animabus famuloꝝ
famularūq; tuarū: quo
rum anniuersariū depositio
nis diem cōmemoramus: re/
frigerij sedem quietis beatitu/
dinē: luminis claritatē. *Per.*

Propitiare *Secreta.*
domine supplicatiōi/
bus nostris: pro aiabus famu/
loꝝ famularūq; tuarū: quo
rū hodie annua dies agitur:
pro quibus tibi offerimus sa/
crificium laudis: vt eas san/
ctoꝝ tuōꝝ consortio sociare

digneris. *Per dñm nostrū.*

Presta que. *Posteōio.*
sum⁹ domine: vt anime
famuloꝝ famularūq; tua/
rum: quoz anniuersariū
depositionis diem cōmemora/
mus: his purgate sacrificijs
indulgentiā pariter z requiē
capiant sempiternā. *Per do.*
Missa pro pie z matre. Dio.

Deus qui nos patrem z
matrem honorare pre/
cepisti: miserere clemēter ani/
mabus patris z matris mee:
eozq; peccata dimitte: meq;
eos eterne claritatis gaudio
fac videre. *Per. Secreta.*

Suscipe sacrificium do/
mine: quod tibi pro ani/
mabus patris et matris mee
offerō: eisq; gaudium sempi/
ternum in regione viuozum
concede: meq; euz illis felici/
tati sanctorū coniunge. *Per.*

Accipio par. *Posteōio.*
participatio domine sacra/
mēti: animabus patris z ma/
tris mee requiem z lucez ob/
tineat perpetuam: meq; cum
illis gratia tua coronet eter/
na. *Per. Missa p omnibus*

Oratio. Defunctis Dio.
Omnipotēs sempiternē deus
cui nunq; sine spe misericō/
die supplicat: propitiare ani/
mabus famuloꝝ famula,

rumq; tuarum: ut quide hac
vita in tui nominis confessio-
ne decesserunt: scōꝝ tuoz nu-
mero facias agregari. *Per.*

Proptiare *Secreta.*
quesumus domine ani-
mabus famulorum famula-
rumq; tuarum: pro quibus
tibi hostias placationis offe-
rimus: et quia in hac luce in fi-
de manserūt catholica: in fu-
tura vita eis retributio cōdo-
net eterna. *Per d Postcō.*

Potens deus: ut animas
famulorū famularūq; tuarū
ab angelis lucis susceptas: in
preparata habitacula deduci
facias beatorum. *Per dñm.*

*Missa generalis pro fide-
bus defunctis. Oratio.*

Fidelium deus omniū
cōditor et redemptor anima-
bus famulorum famularūq;
tuarū remissionē cunctorum
tribue peccatorū: ut indulgē-
tiam quaz semper optauerūt
p̄is supplicationibus conse-
quatur. Qui vivis. *Secreta.*

Hostias quesumus do-
mine: quas tibi pro ani-
mabus famulorum famula-
rumq; tuarū offerimus pro-
pitiatu: intende: ut quib⁹ fi-
dei christiane meritum cōtu-
listi: dones et premium. *Per.*

Animabus *Postcō.*
quesumus domine fa-
mulorū famularūq; tuaz ora-
tio p̄ficiat supplicantium: ut
eas et a peccatis oibus extuas:
et tue redemptionis facias esse
participes. Qui vivis. *Missā
pluralis pro defunctis. Dio.*

Proptiare quesum⁹ do-
mine animab⁹ famuloꝝ
famularūq; tuarū misericor-
dia sempiterna: ut mortalita-
tis nexib⁹ expeditas: lux eas
eterna possideat. *Per. Secre.*

Hostias tibi domine hu-
mili deprecatione dese-
rimus: ut anime famulorū fa-
mularūq; tuarū: per hec ple-
placationis officia: tuam mi-
sericordiā p̄sequantur. *Per.*

Deus vita vi- *Postcō.*
uentiū: spes moriētūz
salus omniū in te sperantiūz
presta propitiūz: ut anime fa-
mulorū famularūq; tuarum:
a nostre mortalitatis tenebris
absolute beata maria semper
v̄zine intercedete: in p̄petua
cū factis tuis luce letent. *Per.*

Alia missa: ut supra. Oratio.

Deus cui ppriū est mi-
sereri semp et parcere:
ppitiare animabus famuloꝝ
famularūq; tuarum: et omnia
eoz peccata dimitte: ut mor-
talitatē vinculis absolue: trā:

fire mereantur ad vitā. *Per.*

Annue nobis *Secreta*
domine: vt animabus
famuloꝝ famularūꝝ tuarūꝝ
hec proſit oblatio: quam imo
lando totiꝝ mūdi tribuiſti re/
laxare delicta. *Per. Poſtco.*

Oeus cui ſoli competit
medicināꝝ p̄ſtare poſt
mortē: preſta queſumꝝ: vt ani
me famuloꝝ famularūꝝ tua
rum a terrenis exute pragijs:
in tue redemptionis partem
numeretur. *Per. Alia miſſa*

Animabꝝ *vt. Oratione*
queſumus domine ſa/
muloꝝ famularūꝝ tuarūꝝ mi
ſericordiam cōcede perpetuā
vt eis proſiciat in eternūꝝ qđ
i te ſperauerūt ⁊ crediderūt.

His domine queſumus
placatus intēde muneribus:
⁊ quod ad laudem tui nomi
nis ſupplicātes offerimꝝ: ad
indulgentiā proſiciat defun/
ctoꝝ. *Per d. Poſtco.*

Supplices domine p̄ ari
mabus famuloꝝ famularūꝝ
tuarūꝝ preces effundimus ob/
ſecrantes: vt quicquid cōuer
ſatione contraxerūt humana:
⁊ clementer indulgeas: et in
tuorum ſede letantiūꝝ conſi/
tuas redemptorum. *Per do.*

Miſſa p̄ defunctis. Oratione.

Oeus q̄ ad celeſte regnū
⁊ ſpirituꝝ ſanctum pandis in/
troituꝝ: multiplica ſuper ani
maz famuli tui. *M. miſericor
diam tuam: ⁊ cui donasti cele
ſtem ⁊ incontaminatum tran
ſitum poſt baptiſmi ſacramē
tū: da ei eternoꝝ plenitudinē
gaudioꝝ. Per. in vni. eius.*

Propitiare do *Secreta*
mine anime famuli tui.
*M. pro qua tibi offerimus ſa
crificiūꝝ laudis: vt eaz ſancto
rum tuorum conſortio ſociare
digneris. Per. Poſtcomūdo*

Propitiare domine ani
me famuli tui. *M. vt queꝝ
in ſine iſtius vite regeneratio
nis fonte mūdaſti: ad celeſtis
regni beatitudinē facias per
uenire. Per. Miſſa p̄ deinde*

*rantibus penitentiā. Si quis
penitentiā petens dū ſacer
dos venerit officio lingue ſu
erit priuatus: conſtitutum eſt
vt ſi idonea teſtimonia hoc di
xerint: ⁊ ipſe p̄ morꝝ aliquos
ſatifficiat: ſacerdos impleat
oia circa penitētē: vt mos eſt.*

Omnipotēs ⁊ mi *Ora
ſericors deus: in cuiꝝ hu
mana cōditio p̄tate conſiſtit:
aiaz famuli tui. M. qđ ab oi
bus ſolue peccatis: vt penitē
tie fructū: queꝝ volūtas eius*

optauit: preuentus morte non perdat. per dominū **Secreta**

Satisfaciat tibi domine q̄s p̄ aia famuli tui. **M.** p̄is oblatio: vt pariter veniā quā q̄siuit inueniat: z q̄d offi- cio ligue iplere nō potuit: de- siderate penitētie cōpēsatiōe

Opercipiat. per. **Postcō.** **D**eus a quo inspirat hu- mano cordi oē q̄d bonū ē: tri- bue p̄ hec scā q̄ sup̄sumus: vt si- cut aie famuli tui. **M.** penitē- tiā velle donasti: sic indulgē- tiā tribuas miserat̄ optata. p̄ **Missa p̄ cui⁹ aia dubitat oio.**

Om̄n̄s p̄s z misericors de⁹: iclina q̄s venerabilis au- res tuas ad exiguas p̄ces n̄ras q̄s aie p̄spectū maiestatis tue p̄ aia famuli tui. **M.** humilr fundim⁹: vt q̄ de q̄litate vite ei⁹ diffidim⁹: de abūdātia pie- tatis tue p̄solemur: z si plenā veniā aia ipsi⁹ obtinē nō p̄t: saltē vel inter ipsa tormēta: q̄ forsitan patit: refrigeriū de a- bundantia miserationū tua- rum sentiat. per. **Secreta.**

Scilicet clemētissime pa- ter pro pia commemo- ratione famuli tui. **M.** hostiā placationis z laudis: vt sacri- ficij presentis oblatio: ad re- frigeriū aie ei⁹ te miserāte p- ueniat. Per do. no. **Postcō.**

Simpliciter dñe corpis z sāguinis tui deuota my- steria: obsecrātes maiestatis tue clemētia: vt z viuētib⁹ sint tutela: z defuncto famulo tuo obtineāt veniā. p̄. **In festo vis- itationis gloriose vrgis marie ad missā. Introit⁹.**

Transite ad me oēs q̄ p̄cupiscitis me. z a ge- neratōibus meis im- plemini. **ps.** In me gr̄a ois vite z veritatis: in me ois spes vite z virtutis. **Ps.** Gloria pa. Gloria i excel.

Deus cuius **De dñā oio** vnigenit⁹ vtero adhuc vrgis clausus ioāne baptistaz maria salutāte spū scō pri⁹ q̄z nasceret ipleuit: da ecclie tue vt quos spiritali regnatiōe cō- cepit purificatos tibi filios pa- riat adoptiōis. p̄ eū. **2o libri**

Ego q̄si therebin/ **sapie.** **E**th⁹ extēdi ramos meos z rami mei honoris z gr̄e: ego q̄si vitis fructificāui suauita- tē odoris: et flores mei fruct⁹ honoris z honestat⁹. Ego mi- pulchre dilectōis: z timor⁹: z magnitudis: z scē spei. In me gr̄a ois vite z virtutis. In me ois spes vite z virtutis. **T**ransite ad me oēs q̄ p̄cupiscitis me: z a gnatiōib⁹ meis implemini. Spūs enīz me⁹ sup̄ mel dul- cis: z hereditas mea sup̄ mel